



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus X. De Treuga Et Pace.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

TITULUS X. DE TREUGA ET PACE.

Conf. Decretal. Lib. I.

Tit. 34.

§. 118.

QUAM amanter Leges & Canones *Treuga & Pacis di-*
suadent pacificam in rebus con-
troverfis Transactionem, tam poten-
ter damnant temerarios ausus eorum, *versitas.*
qui sibi ipsis absque legitima auto-
ritate jus dicunt, & illata etiam vi
obtinere præsumunt, quod sibi de-
beri existimant. Ad hunc finem op-
portune ponitur Rubrica Decretali-
um *de Treuga & Pace.* Treuga, seu Tre-
via, Tregua a Germanico vocabulo
Treu, quæ fidelitatem significat, di-
cta, est securitas præstita personis,
discordia nondum finita: *Pax* vero
est securitas rebus & personis præ-
stita, discordiæ finem imponens. Sæ-
pe tamen sub *Pacis* nomine intelli-
gitur etiam Treuga, seu conventæ
induciæ, pro illo nempe tempore,
pro quo securitas concessa est 20.).
Constitutionibus de Treuga & Pace oc-

K 2

ca-

20.) C. II. de Judæis.

casione[m] dederunt turbulenta tempora, quando potentiores Proceres in variis Provinciis ferrum lenti fori ambagibus præferentes, auctoritatem sibi arrogabant, armis, igne, rapinis suas injurias ulciscendi, modo præcessisset Diffidatio, seu Provocatio vulgo fehden, befehden, befehding: unde ipsa hæc bella privata vocabantur barbara voce *Faide*. Quid in Germania, quid in vicinis Galliarum Provinciis circa hoc negotium gestum sit, paucis annotare juvat.

Pax constituta in Gallia mox iterum violata est:

§. 119. Ad initium seculi Undecimi in Gallia multi Episcopi & Abbates, junctis etiam Magnatibus Laicis, varios celebrarunt Conventus & Concilia, in quibus applaudente omni populo, Pacem inter omnes servandam sanxerunt, exacto etiam juramento de omni violentia vitanda, & pœnis in violatores constitutis: quod tanta animorum alacritate factum est, ut universi palmis extensis ad Deum, *Pax, Pax, Pax* unanimiter clamarent, ut esset videlicet signum perpetui pacti de hoc, quod sponderant inter se & Deum 21.). Sed intra paucos annos tantamorum

21.) GRABERRODOLPHUS Hist. lib. 4. c. 5.

morum perversitas & bellorum privatorum pertinax furor invaluit, ut quod prudentes aliqui Episcopi futurum præviderant, omnes perjurii reos se exhiberent.

§. 120. Cum igitur corruptela hæc *Unde ini-*
penitus tolli non posset, nec spes esset *ta Treuga:*
de Pace, seu securitate perpetua obtinenda; moderamen aliquod afferendum videbatur per *Treugam* seu Inducias, ut saltem per quosdam sacratiores dies publicæ quieti consulere-
tur. Itaque Episcoporum & Optimatum consensu 22.), formatum fuit pactum, ut nemo a feriæ quartæ vespere usque ad secundam feriam in ortu Solis præsumeret quidpiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam a quocunque inimico exigere, neque a fidejussoribus vadimonium sumere; quo nomine hic intelligitur pignus, quod violenter propria autoritate non licebat fidejussoribus eripere, præcipue si essent animalia ad arandos agros necessaria, quorum securitati singulariter per *Treugam* consulebatur. His singularum heb-
do-

K 3

do-

22.) GLABER lib. 5. c. 1. id refert ad annum 1041.

domadum diebus addita postea sunt
solemniorum festorum tempora, scilicet
ab Adventu Domini usque ad Octavas
Epiphaniæ, & a Septuagesima usque
ad Octavas Paschæ: in jejuniis qua-
tuor temporum: in vigiliis Sancto-
rum, quæ ieiunantur: in omnibus
festis Sanctæ Mariæ: in festo S. Joan-
nis Baptistæ, Apostolorum Petri &
Pauli, omnium Sanctorum 23.). Has
Gallorum Episcoporum Constitutio-
nes confirmavit & ampliavit Conci-
dium Generale Lateranense sub Ale-
xandro III. Anno 1179. 24.). Vo-
cata autem fuit *Treuga Dei*, quoni-
am illæ Induciæ iis diebus servaban-
tur,

23.) Vid. Statutum CALLISTI II. Pon-
tificis in Concilio Rhemenfi. ann. 1119.
Promulgatio Legati Pontificii apud HAR-
DUIN. tom. 6. p. 2. fol. 1732 LUDOV.
DUSMENIL Doctr. & Discipl. Eccl. tom.
4. lib. 44. §. 22.

24.) Cap. 21. quod refertur in C. 1. de
Treuga & Pace. JOANNES XXII. Const.
ad hoc. Avenione ann. 1321. edita pro-
hibuit pro sua Provincia Marchiæ An-
con. omnes Cavalcatas, & tumultuo-
sas incursiones. quam prohibitionem ad
totum Statum Eccles. extendit ALE-
XANDER VI. & plenius SIXTUS V.
Const. dum pro. 75. vid. VINCENTIUS

De Treuga & Pace. 151

tur, quos præcipuis salutis nostræ
mysteriis Dominus consecravit.

§. 121. Sicuti autem hoc mo- *Pax ser-*
do de securitate saltem per aliquod *vanda in-*
tempus omnibus consultum fuit: ita *tuitu qua-*
sacri Canones quibusdam perpetuam *rumdam*
securitatem, seu Pacem absque ulla *persona-*
temporum aut dierum restrictione *rum:*
procurare statuerunt. Inter hos Ni-
colaus Papa 25.), nominat *Peregrinos,*
vel Oratores cujuscuque Sancti 26.), si-
ve Clericos, sive Monachos, vel feminas
aut inermes pauperes. Hi semper & om-
ni tempore a deprædatione, & ho-
norum rapina sub anathematis pœna
tuti esse, & *Pace* proprie dicta gau-
dere jubentur. *Pax* vero illa, quam
Treugam dicimus, sic observetur, sicut ab
Archiepiscopis & Episcopis uniuscujusque
Provincia constituta est, qui autem eam
infregerit, excommunicationi subdatur.
Unde etiam sub Rubrica de Treuga
& Pace in Decretalibus, Constitutio
prima disponit de Treuga certis ser-

K 4 vanda

PETRA tom. 4. ad Const. 10. Joannis
XXII.

25.) C. 25. XXIV. q. 3.

26.) Legendum potius *Aratores,* scilicet

vanda diebus, altera de Pace, seu securitate omni tempore observanda.

*Treuga
autem
certis die-
bus ser-
vanda in-
ter omnes.*

§. 122. Circa has Treugas duo consideranda veniunt. Primum est, quod per eas in feriis quinta, sexta & septima cujuslibet hebdomadæ nemo impediatur a prosequendo jure suo in foro competente, sed solummodo inhi-beantur violentæ direptiones, & aggressiones absque autoritate legitimi Judicis. Unde mirantur aliqui, quod Autor Annalium Ecclesiasticorum 27.) arguat Episcopos Galliæ de male præsumpta & usurpata autoritate in dilatatis feriis hebdomadariis, ut non una die Dominica, sed quatuor hebdomadæ diebus cessarent Fideles a strepitu fori: cum tamen illud Epietum mox iisdem fere verbis non tantum confirmatum, sed etiam ad plures ferias dilatatum fuerit in Concilio Lateranensi, & Decreto

Agricolas ad certam Ecclesiam vel Sanctum pertinentes: unde in Concilio Lateranensi III. c. 22. ubi talis securitas statuitur, nulli nominantur *Oratores*, sed *rustici in argricultura existentes, & animalia, quæ semina portant ad agrum.* 27.) Ad ann. 1034. n. 6.

to Gratiani insertus etiam sit supra allegatus Canon NICOLAI Papæ, jubens, ut *pax illa, quam Treugam dicimus, sic observetur, sicut ab Archiepiscopis & Episcopis uniuscujusque Prævincia constituta est.* Verum quidem est, quod justæ rerum suarum persecutiones nunquam prohiberi, injustæ nullo tempore permitti possint. Sed ex dictis abunde patet, bella hæc privata, contra quæ Treuga constituebatur, a Nobilibus, & Proceribus suo quasi jure gesta esse, quibus illis temporibus, Tribunalia ad decidendas eorum causas nondum sufficienti autoritate fuerunt constituta. Unde bella hæc agnoscebantur quidem perniciofa, vix tamen alia Episcopis patebat ratio consulendi quieti publicæ, nisi ut refrænaretur bellantium furor ad certa tempora per inducias 28.).

§. 123. Alterum observatu dignum *Hæc non est, quod Conditores horum Cano- pertine- num non spectarint supremos Prin- bant ad cipes & Reges, quibus jus gladii Supremos Deus indulgit, & pro quorum bellis Principes.* stat præsumptio Justitiæ & æquitatis:

K 5

sed

28.) Vid. PETRUS DE MARCA de Concord. &c. lib. 4. c. 14. §. 3.

sed solummodo bella privata Nobilium & Procerum, qui armata manu sibi jus dicebant, & omnia incendiis, rapinis ac cædibus infestabant. Unde Philippus Galliarum Rex credebat, se minis anathematis in violatores Treugæ ferendi, cogi non posse ad inducias cum Joanne Anglorum Rege juxta voluntatem Pontificis Innocentii III. ineundas 29.). Ideo in ipsa Pacis & Treugæ promulgatione jura Principum conceptis verbis excipiuntur: *Principibus autem & dominis terrarum jura sua & consuetudines non contradicimus in terris suis 30.).* Hæc de iis, quæ in Gallia circa negotium Treugæ acta sunt, commemorasse sufficiat.

In Germania Jus

§. 124. In Germania jam seculo nono & decimo eadem lues bellorum priva-

29.) Vid. ODER RAYNALD. anal. Eccl. ad ann. 1203. n. 55. seqq.

§d.) Literas Guilielmi Legati Apostolici, quibus promulgatur Pax & Treuga, refert PETRUS DE MARCA loc. cit. §. 4. ubi putat eas scriptas post Concilium Lateranense sub Paschali II. Ann. 1102. BALUZIUS tamen in margine notat, eas scriptas Ann. 1140. post Concilium Lateranense sub Innocentio II. Eisdem Li-

privatorum invaluerat 31.). Pluri- *Manuari-*
mæ identidem edebantur Constitutio- *um longo*
nes Imperatorum, quæ tamen vel pro *tempore*
certis tantum Provinciis, vel ad certa *in usu*
annorum spatia se porrigebant; vel *erat:*
saltem modicam firmitatem habuerunt
contra *Jus Manuarium*, Faust-Recht,
cum efficacia remedia non fuerint op-
posita. Notæ præsertim sunt Consti-
tutiones Friderici I. 32.), quæ tamen
ætatem non tulerunt, dum tempore
Interregni Diffidationes seu provoca-
tiones, & bella intestina magis inva-
luerunt. Finito per Rudolphi Habs-
burgici electionem Interregno, hic
etiam in Comitibus Herbipolitanis An-
no 1287. singulari Constitutione Pa-
cem publicam Friderici I. restauravit,
quam ejus Successor Adolphus Anno
1293. Colonix, & Albertus Anno
1303. Norimbergæ ad certos annos
ex-

teras ponit HARDUINUS tom. 6. part.
2. fol. 1731. initio.

31.) Querelas videre licet apud OTTO-
NEM Frisingens. Chron. lib. 7. c. 34. ali-
osque ejus temporis Scriptores.

32.) Feud. lib. II. tit. 27. & 53. RADE-
VICUS de Gestis Friderici I. lib. 2. c. 7.

extenderunt 33.). Sicut priores Imperatores, ita etiam Carolus IV. in Aurea Bulla, quæ est Lex Pragmatica Imperii, non ausus est tollere omnem diffidationum usum; sed 34.) constituit, non licere quempiam invadere per incendia, spolia, vel rapinas, nisi diffidatio per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter, vel in loco, quo habitare consuevit, publice fuerit intimata, possitque de intimatione hujusmodi per testes idoneos fieri plena fides 35.). Per diffidationem hoc loco intelligitur insinuata per literas, signum vel aliud factum, denunciato belli, & persecutionis ad bona, vitam, corpus & sanguinem, unde non solum diffidato, sed toti populo vel universitati periculum imminet 36.). Plurimum promovit Pacem publicam Fridericus III. Imperator, qui communi

33.) Recess. Imp. nov. edit. p. 1. fol. 34. 38.

34.) A. B. Cap. 17.

35.) Vid. RUMELINUS, LIMNÆUS & alii qui commentati sunt in Bullam auream.

36.) CARPZOV. Pract. Crim. p. 1. q. 37. n. 18.

De Treuga & Pace. 157

muni Statuum consensu eam ad decennium confirmavit 37.) : ad quam tuendam sancitum fuit foedus Suevicum sub nomine Clypei S. Georgii Anno 1488. 38.)

§. 125. Demum Maximilianus I. *Demum* negotium hoc de Pace publica perfe. *abolitum* cit in Comitiiis Wormatiensibus Anno *a Max-* 1495. adhibitis simul remediis pro ea *miliano I.* tuenda, scilicet constituto executio- *& Caro-* nis modo contra fractæ Pacis reos, *lo V.* & erecto Judicio Camerali, coram quo singuli Status causas suas agerent, jure terminandas, ut necesse non haberent, armis experiri. Per istam igitur Pacem prohibentur omnes diffidationes, turbæ, bella intestina: restituitur securitas & tranquillitas publica: & contra fractæ Pacis reos, poena banni decernitur 39.). Hæc Constitutio sequentibus annis in pluribus Comitiiis confirmata fuit. Quamvis enim

37.) In Comitiiis Francofurt. ann. 1486.

Recess. Imp. part. 1. fol. 275.

38.) LUNIG Reichs - Archiv. part. spec. Contin. 1. operum Vol. 7. de Princip. & Statib. Imp. fol. 75.

39.) Vid. ANDR. GAIL de Pace publi

enim Carolus V. 40.) videatur admittere aliquas exceptiones eorum, qui bellum privatum alteri denuntiant: nihilominus postea 41.) confirmat simpliciter suam prohibitionem diffidationum factam in Comitibus Wormatiensibus 42.), ubi concedit solam defensionem contra aggressores. Demum etiam eadem prohibitiones in Capitulationibus Cæsareis, & Instrumento Pacis Westphalicæ, confirmatæ, declaratæ, & adjectis novis Capitibus stabilitæ sunt. Unde Diffidatio hodie numeratur inter crimina fractæ Pacis publicæ 43.).

*sed male
resuscita-
tum a
quibus-
dam,*

§. 126. Videbatur, per Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, & demum Pacem Westphalicam, inviolabile sigillum omnibus prioribus Pacis publicæ Constitutionibus imprimendum, & firmata Pace Religionis magis stabiliendam esse tranquillitatem Germaniæ. Sed contra mentem Paciscentium, expectationemque Populorum aliud experimur, & Jus Manua-

40.) In Constit. Crimin. Art. 129.

41.) In Comit. August. Ann. 1548. §. 18.

42.) Anno 1521. art. 1. seqq.

43.) CARPZOV. pract. crim. p. 1. q. 37.

uarium, bellaque privata reviviscere deprehendimus, si invalescere permittantur quorundam dictamina, qui controversias inter Catholicos & Protestantes circa negotium Religionis obortas, non decisioni Judiciorum Imperii subjectas, sed cujuscunque sibi ipsi jus dicentis arbitrio relictas volunt, eo majore tranquillitatis publicæ perniciæ, quo acrius sub Religionis prætextu concitari populus solet. In dictis sanctionibus statuitur ut nemo in posterum, cujuscunque dignitatis, status aut conditionis sit, ob causam etiam quamlibet, quomodo- cunque etiam nominandam, & quocunque prætextu id fiat, alterum invadere, armis aggredi audeat. Sed unusquisque adversus alterum ordinaria competentis juris via contentus esto &c. 44.)

§. 127. Quæ sanctio in Pace West- Occasione
phalica nequaquam tollitur, sed cir- Pacis
ca varios articulos Religionem con- Westpha-
cernentes declaratur, violentia omni- lica,
& via facti, ut alias, ita & hic per-
petuo

44.) Rec. Imp. 1555. §. 14. & 16. qui
sunt Pacis Religiosæ §. 1. & 3.

petuo prohibita 45.). Unde etiam accurate disponitur, quid agendum sit, si in dijudicandis causis Ecclesiasticis vel Politicis ex paritate Assessorum utriusque Religionis, contrariæ orientur sententiæ 46.), manifesto argumento, causas Religionem concernentes, non relinqui arbitrio cuiusque status, jus sibi dicentis, sed ad suprema Imperii Tribunalia deferenda esse ab iis, qui se circa exercitium Religionis contra Pacis Westphalicæ Instrumentum gravatos existimant. Nam jubetur esse *hec Transactio, perpetua lex, & pragmatica Imperii sanctio, imposterum æque ac aliæ Leges & Constitutiones fundamentales Imperii . . . Tribunalium omnium Judicibus & Assessoribus tanquam Regula, quam perpetuo sequantur, præscripta 47.). Et nulli omnino Statuum Imperii licet jus suum vi vel armis persequi, sed si quid controversiæ, sive jam exortum sit, sive post-hac incidere, unusquisque jure experiatur, secus faciens reus sit fractæ pacis 48.).*

Et

45.) Instr. Pacis Osnabr. Art. V. §. 1.

46.) Ibid. §. 55.

47.) Ibid. Art. X VII. §. 2.

48.) Ibid. §. 7.

De Treuga & Pace. 161

Et statim ac undecunque turbarum vel motuum aliqua initia apparent, observentur ea, quæ in Constitutionibus Imperii de Pacis Publicæ executione & conservacione disposita sunt 49.). Ex quibus clare patet, parem omnino rationem esse Pacis publicæ profanæ & Religiosæ: quis autem Constitutioni Pacis publicæ adeo nugatorium sensum affingere audeat, ut cuilibet liceat jus sibi armata manu dicere, neglectis Imperii Tribunalibus & autoritate Cæsarea? qua fronte similis interpretatio de Pace Religiosa fieri potest, ad resuscitandos motus intestinos Imperii?

§. 128. Constitutum quidem est, ut Augustanæ Confessioni addicti post hac ab omni persecutione juris & facti perpetuo tuti sint: nec uspiam contra Transactionem Osnabrugensem in Petitorio aut Possessorio, seu inhibitorii, seu alii Processus vel Commissiones unquam decernantur: neutrique parti liceat, alteri seu in Judicio seu extra, negotium faceffere: præcipitur, ut gravati plenarie & pure in
Lsta-

Qua male abutun-

49.) Ibid. §. 8.

De Judiciis.

statum anni respective 1618. & 1624. per Executionem restituantur, attento solo facto possessionis, sine ulla exceptione, implorato auxilio Directorum Circuli etiam alieni, manu quoque militari, si opus sit: & quidem si quis executioni ita resistat, ut intra spatium trium annorum nec amicitiae, nec juris via locum invenerit, possit læsus suis propriis & ejusdem Transactionis consortum viribus ac armis jus suum quarere (o.). Hæc tamen omnia intelligenda sunt de Executione mox post Pacem initam faciendam in causis per Instrumentum Pacis clare decisis, ubi possessio erat liquida: extendenda autem non sunt ad casus dubios, vel postea in controversiam deducendos § 1. J.

*Belli
damna
maxima.*

§. 129. Alia de bello inferendo, vel Pace constituenda in nostra Germania, relin-

50.) Hæc & plura adduci solent a Pacis publicæ turbatoribus ex Instrumento Pacis Osnabrug. art. 17. Ex Cæsareo Edicto Executionis anno 1648. ex arctiori modo exequendi anno 1649. & utroque Recessu Execut. Norimberg. anno. 1649. & 1650.

§ 1.) Modus procedendi in Executionibus juxta sensum Protestantium continetur apud SCHAUROTH Concl. Corp. Evang.

relinquuntur Interpretibus Juris publici. Ad forum Ecclesiasticum pertinet pia meditatio, quod ingentia mala, ob summam servandi moderamen & limites Juris naturalis difficultatem, ex bello præter intentionem Principum oriri solita, referri debeant ad Divinam Providentiam, quæ hoc acerbissimo flagello punire vult & solet peccata populorum.

TITULUS XI.

DE ARBITRIS.

Conf. Lib. I. Decretal. tit. 43. Sext. tit. 22.

§. 130.

QUI a violenta prætensionis suæ persecutione per Leges impediuntur, in pacificam tamen Transactionem convenire non possunt; habent
Ad evitandas hiæ

L 2 adhuc

tom. 2. fol. 194. seqq. cui opposuerunt se varii Catholici, præsertim D. SUNDERMAHLER in Dissert. de potestate jus suum vi & armis persecuendi &c. Collegit hæc & quædam alia DAVID GEORG. STRUBEN Von der Selbst-hülfe, De obligatione servandi Articulos Pacis